

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.  
Cod. Prof. ... Ad Funus Quod ... Margarethae von Thienen. Dn. Thomae Schmidt/  
Civis & Cerevisiarii in hac Civitate ... relictæ Viduae Hodie...na ... parabitur.  
Omnes omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682869X>

Druck    Freier  Zugang



Willebrandt, A.

in M. v. Thien

vid. Th. Schmidt

Rostock 1660./a



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77682869X/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682869X/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77682869X/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682869X/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77682869X/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682869X/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**ALBERTUS Willebrandt/ U. I.D.**  
Cod. Prof., Ducal. Consist: Asseſſor,  
AD  
FUNUS  
Quod  
Herrissime & Puifſime Matrone  
**MARGARETHÆ**  
von Bhiennet.

DN. THOMÆ Schmidt/ Civis & Cere-  
viciarii in hac Civitate non postremi, reliqæ  
Viduæ


Hodiernâ Primâ, in Templô Divæ Mariæ  
parabitur.

Omnes omnium Ordinum Ci-  
ves Academicos sedulò & per-  
amanter invitat.

---

ROSTOCHII,  
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.

i  
39



RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
ALBERTUS Willebrand/ D.



Uam nulli vel pietati , vel  
generi Mors inexorabilis  
ignoscat,tum continua ex-  
emplis , tum istò , quod ho-  
diè efferrendum est , hone-  
stissimæ scilicet ac pientissi-  
mæ fœminæ MARGARE-  
THÆ von Thienen / fune-  
re edocemur. Quæ vel ob solam pietatem , ( à  
quâ nihilominus , cæteras virtutes fœminei sexus ,  
quibus illa claruit haud se jungimus ), digna certè  
erat , ut diutius rebus hiscè terrenis conviveret ,  
illarumq; calamitates , salubri ardentissimaru-  
precum remedio vitæq; sanctitate lenitum & mi-  
tigatum iret. Quia verò ( ut cùm Euripide lib.  
7. v. 52. loquar. ) Omnibus fixæ sunt metæ tristes acer-  
bitati . & ( uti Simonides apud Stob. serm. 116. scri-  
bit )

dit) Omnia perveniunt ad unam voraginem diram,  
Et magnae virtutes et divitiae; nigra enim illa Dea,  
(sic ut Lipsius, lumen sui seculi Cent. I. Ep. 42. com-  
memorat) uti navim interdum improvisus vor-  
tex, homines, & praesertim eos, quibus in doles  
melior & ingeniu supra annos, absorbet; nosq; in  
theatre hic magnò sedemus, spectatores aut acto-  
res; quod inimus alii, è quo eximus alii, ex com-  
muni & recepta ab eternitate lege. Quare nō adeò  
cōqueramur, de beatō huj9 Matronæ probissimæ,  
ex hac vitâ excessu; non lacrymis accusemus fata,  
nō morti diem dicamus; in alieno quippe litigare-  
mus foro, & causâ caderemus apud Supremum  
illum Dictatorem, cuius minimò nutu orimur ac  
morimur. Verum nō ipsos conformantes Divinæ  
illi & sanctissimæ voluntati, gratulemur ipsi satius  
felicissimam ac cœlestem, ex hoc mortalium  
consortio emigrationem, & antequam ad hono-  
rificas Ejus Exequias, comiter, Cives Academi-  
cos invitemus, Vitam ipsius et in primis demus;  
laudesq; non ceruillatas. Nec simus longi. Vita  
quippe brevis est. Igitur in lucem fuit edita, integer-  
rima hæc Matrona, in hac Civitate Rostochiensi.  
A. D. 1611. Parre Dn. CHRISTIANO von Thienem  
hujus Civitatis Senatorे prudentissimo. Matri  
MARGARETHA Papen virtutum non me-  
diocrum fœminæ. Avum habuit paternum GY.  
GID LIUM

LILUM von Thiehen. Civem primarium. Aviam paternam, BARBARAM Batten. Mulierem letissimam. Maternus illi fuit Avus, NICOLAUS Papke Civis & Mercator, apud Nos non ignobilis. Avia autem erat Materna Gesche Schlorffs. fœmina itidem virtute & moribus conspicua. His edita parentibus & avis, nostra pie defuncta, cum CHRISTO Servatori suo, sacrâ consecrata lotione, ipsiusq; cætui inserta fuisset; Parentum Optimorū monitis sedulâq; educatione, ad DEI cultum, Oeconomiam, aliasq; Virtutes sequiorem adornantes sexum, ab ipsis incunabulis pectus suum integerimum applicuit, omnemq; turpitudinem, quâ proh dolor! nomen Salvatoris inter nos, à multis fœdissimè conspurcatur, extremitate odisse cœpit, ac cum maturiori ætate perrexit. Cum autem ingenio & moribus favorem bonorum facilemereretur, accidit ut Anno 1626. & Anno ætatis ejus ferè decimoquinto, Vir præstantissimus Ds. THOMAS Schmidt / Civis hic, Cerevisarius, ac Centum Vir conspicuus, nuptias illius ambiret, easq; satis annuentibus impetraret. Ex quô, quatuor utriusq; sexus liberos, patimæ matrimæq; Virtutis amulos peperit. Quorum major natu fuerat CHRISTIANUS, non diutius quam trium saltuum spatiò dierum. incolamis ac superites. Sequebatur THOMAS

J. U. Do.

J. U. Doctor, qui honestissimam ac egregiam  
Virginem BARBARAM Fülebiers. Dn. M.  
JOACHIMI Fülebiers relictam filiam, antea an-  
nos aliquot duxit uxorem; ex qua nostra beatè de-  
nata neptem, MARGARETHAM scilicet con-  
spexit. Tertius in ordine CHRISTIANUS, vi-  
vit salvus, & quidem præclaræ Virgini ANNÆ  
CONCORDIAE, Viri plurimum Reverendi, Dn.  
JOACHIMI LUTKEMANNI, hujus Academiæ  
prius physices Professoris, & Verbi DEI ad Aedem  
D. Jacobi Ministri, postmodum in Ducatu Cel-  
lissimi Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis  
DN. AUGUSTI, Superintendentis generalissi-  
mi, ac Monasterii Riddageshusensis Abbatis filiæ  
desponsatus. Junior verò MARGARETHA,  
A. D. 1655. Viro Clarissimo Dn. ANDREÆ  
AMESELIO J. U. L. & Universitatis nostræ Se-  
cretario Conjunx contigit; quæ ipsum. (DEO sic  
disponente) trinā recreavit Sobole; nempe AN-  
NA, MARGARETHA, & JOHANNE, qui an-  
tè quatuor septimanas, undecimo Vitæ suæ die,  
sævâ Parcarum manu, nobis est interceptus. A.  
D. 1640. marito suò amantissimo orbata, totos Vi-  
ginti annos Vidua permansit, non aliâ absq; du-  
biô de causâ, quam ut eò ipsô declararet, quam  
impensè Conjugem suum desideratissimum ama-  
verit; erga quem constantissimam dilectionem,  
cum

cum quovis aliō partiri minimē expetiit. Cœlestibus itaq; ac Divinis cogitationibus, verbis, operibusq;, per totum lugubris suæ Viduitatis tempus intenta vixit; omnem plausum fugiens popularem, precibus & lectionibus Sacris, infirmorum visitationibus, proximorumq; in utrāq; Fortunæ facie officiis, totam se, dum viveret, devovit. Cum autem hoc A.D. 1660. Menseq; Aprili, plura Mortalitatis animadverteret specimina, se quoq; ad felicem ex hac luctuosâ vitâ abitum tempestivè præparare constituit; cum ingenti animi pīissimi desideriō, sacrosanctum Corporis & Sanguinis CHRISTI JESU Viaticum ambiit, illudq;, ut se cum suo JESU reconciliaret, illō ipsō die, quō ejusdem amarissima passio ab Ecclesiâ recolebatur, cùm summâ religione sum sit; postquam peccata sua, humiliâ ac devotissimâ confessione deplorasset, illorumque cœlestem absolutiōnem impetrasset. Jam itaq; cupiens dissolvi, & esse cum CHRISTO, die 6. Maij, finitâ sacrâ Concione, è Templo, circa horam medium Decimam, domum reversa, infirmitatem ac imbecillitatem virium contraxit, lectumq; petiit. Et dum sequenti die, morbum augeri, incrementumq; non exiguum sumere sentiret, D N. JOANNEM BACKMEISTERUM, Med. Doctorem & Professorē, Collegam nostrum honorandum, ad se accer-

accessiri curavit: Qui quamvis non exiguum adhibuerit  
diligentiam, ut pristinæ redonaretur sanitati; voluntas  
interim DEI Optimi fuerat, ut piè denata nostra, morta-  
litatem à se abdicaret, & coelestium æternæ ac jucundissi-  
mæ consuetudini semet immisceret. Cui illa se totam  
consecravit, & morbum patientissimò toleravit, per DEI  
gratiam, animò; & aliquoties, omnium dolorum quasi  
immemori, verba hæc è sanctissimò deprompta pectore,  
usurpavit. Weicht ihr Trauergeister / der mein Freuden-  
meister JESVS / eritt herein / denen die GOTT lieben/  
muss aus ihr Beträubten lauter Zucker seyn. Ad extreumum,  
quamvis jam iphius plane deficeret lingua, attamen No-  
men JESUS aliquoties devotissimè ingeminavit: Dumq;  
iphius filius CHRISTIANUS, hæc sacra, & clariori vo-  
ce, proferret verba. Herr JESV nim meinen Geist  
auff. Vater in deine Hände beschlich meinen Geist/ du hast  
mich erlöst Herr du getreuer GOTT. Placidissimè ac bea-  
tissimè, diè 12. Maij, circa primam Nocturnam expira-  
vit, postquam hic vivendo, annos quadraginta novem  
vitæ suæ absoluisset. Cujus exuviae, cum hodiè in San-  
ctissimæ Virginis Æde, componi debeant, VOS CIVES  
ACADEMICI, eidem tam piè denatæ, huncce habete  
honorem, & ad cohonestandas illius Exequias frequen-  
tes confluite. Quod ut proni faciatis, tam pia mortali-  
tatis hisce periculosisimis temporibus meditatio, quam  
probissimæ hujus Matronæ Virtus exposcit. Et Nos  
etiam amanter ac sedulò abs vobis expetimus  
P.P.Rostochii die 17. Maij. A.1660.

Convenient Cives Academiæ in Templō D. Ma-  
riæ ad horam primam.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77682869X/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682869X/phys_0014)








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77682869X/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77682869X/phys_0016)



cum quovis aliò partit  
stibus itaq; ac Divinis c  
ribusq; , per totum lu  
pus intenta vixit; omne  
larem, precibus & lesti  
visitationibus, proximo  
facie officiis , totam se  
Cum autem hoc A.D. 10  
Mortalitatis animadve  
ad felicem ex hac luctu  
vè præparare constitu  
issimi desiderio , sacro  
guinis CHRISTI JESU  
ut se cum suo JESU re  
quò ejusdem amarissim  
lebatur, cùm summâ re  
peccata sua, humillimâ  
ne deplorasset, illorū  
nem impetrasset. Jam  
esse cum CHRISTO, di  
cione, è Templo, circa l  
domum reversa, infiri  
virium contraxit, lecti  
quenti die, morbum au  
exiguum sumere sentii  
BACKMEISTERUM,  
fessorem, Collegam no



expetiit. Gæle  
bus, verbis, ope  
Viduitatis tem  
m fugiens popu  
cris, infirmorum  
utrâq; Fortunæ  
veret, devovit.  
eq; Aprili, plura  
cimina, se quoq;  
bitum tempesti  
ngenti animi pi  
Corporis & San  
nambiit, illudq;  
t, illò ipsò die,  
b Ecclesiâ recon  
misit; postquam  
ssimâ confessio  
stem absolutio  
biens dissolvi, &  
finitâ sacrâ Con  
diam Decimam,  
c imbecillitatem  
it. Et dum se  
mentumq; non  
J O A N N E M  
octorum & Pro  
orandum, ad se  
accer-